

liberari<sup>273</sup>. Et in<sup>274</sup> libro Numeri<sup>275</sup> praecipitur, ut si qua mulier vel adulterii rea vel falsa suspicione fuerit appetita et vir eius zelo adversus eam concitetur<sup>r</sup>, adducat<sup>r</sup> illam ad sacerdotem et divino iudicio vel damnamdam offerat vel liberandam.

CAPUT IX. Quod<sup>276</sup> etiam antiqui Romani legitimo coniugio fieri 5  
debere legibus suis antiquitus statuerunt et servaverunt, non solum  
iam effecti christiani, sed etiam cum adhuc essent pagani, sicut apertis-  
sime ostendit lex Antonini<sup>277</sup> pagani imperatoris, quam beatus Augu-  
stinus quodam loco<sup>278</sup> hoc modo commemorat et commendat dicens:  
*Quibus<sup>279</sup> displicet, ut inter virum et uxorem par pudicitiae forma* 10  
*servetur, et potius eligunt maximeque in hac causa mundi legibus sub-*  
*diti esse quam Christi, quoniam iura forensia non eisdem, quibus*  
*feminas, pudicitiae nexibus viros videntur distringere, legant, quid*  
*imperator Antoninus, non utique christianus, de hac re constituerit, ubi*  
*maritus uxorem de adulterii crimine accusare non sinitur, qui<sup>s</sup> moribus* 15  
*suis non praebeuit castitatis exemplum, ita ut ambo damnentur, si*  
*ambos<sup>t</sup> pariter impudicos conflictus ipse convicerit. Nam supradicti*  
*imperatoris haec verba sunt, quae apud Gregorianum leguntur: Sane,*  
*inquit, litterae meae nulla ex<sup>u</sup> parte causae praeiudicabunt. Neque*  
*enim, si penes te culpa fuit, ut matrimonium solveretur et secundum* 20  
*legem Iuliam Eupasia<sup>v280</sup> uxor tua nuberet, propter hoc rescripto<sup>w</sup>*  
*meo<sup>w</sup> adulterii damnata erit, nisi constet esse commissum. Habebunt*  
*autem ante oculos hoc inquirere, an, cum tu pudice viveres, illi quoque*

r–r) adducat concitetur Bu. In *De divortio* heißt es: adversus eam fuerit concitatus, adducat illam ad sacerdotes (MGH Conc. 4 Suppl. 1 S. 226 Z. 2f.). s) korr. zu cui Bu, das entspricht *De divortio* und der zitierten Quelle. t) ambas Bu. u) fehlt Bu, *De divortio*. v) Euphrasia Si. w–w) so Bu, *De divortio*, korr. zu rescriptum meum Bu, das entspricht der zitierten Quelle.

273) Vgl. *Ioh.* 8,3–11.

274) in – liberandam (Z. 4) übernommen in *De divortio* Resp. 21 (MGH Conc. 4 Suppl. 1 S. 226 Z. 1–3).

275) Vgl. *Num.* 5,11–31.

276) Quod – docuerunt (S. 514 Z. 15) mit leichten Abänderungen übernommen in *De divortio* Resp. 21 (MGH Conc. 4 Suppl. 1 S. 225 Z. 9–31).

277) Antoninus Pius, röm. Kaiser (138–161).

278) Diese vage Angabe wurde in *De divortio* nachträglich präzisiert zu in libro de adulterinis coniugiis, vgl. dazu BÖHRINGER, in: MGH Conc. 4 Suppl. 1 S. 59.

279) Augustinus, *De adulterinis coniugiis* 2,8 (CSEL 41 S. 389 Z. 13–S. 390 Z. 12).

280) *Lex Iulia et Papia* ist die zusammenfassende Bezeichnung für zwei römische Gesetze zum Eherecht. Bei Augustinus ist mit Eupasia aber wohl der Name der Ehefrau gemeint.